

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicicia db  
cum fontibus proximo et primis

Amicicia est diuitibus pro gloria, pauperibus pro censu, exulibus pro patria, imbecillibus pro uirtute, pro medicina egrotis, pro uita mortuis.

Amicitia est diuitibus pro gloria. pauperibus pro censu. exulibus pro patria. imbecillibus pro uirtute. pro medicina egrotis. mortuis pro uita.

*Flores paradisi b* (BnF MS lat. 15982, fol.175vb, ll.15-17).

Est enim eius suauissimus fomes, sinceritas affectionum, mutua obsequia, rerum honestarum crebra collatio, parilitas uoluntatum, iugis et inuiolabilis fides.

Est amicitie suauissimus fomes. sinceritas affectionum. mutua obsequia rerum honestarum crebra collatio. parilitas uoluntatum iugis et inuiolabilis fides.

Vera enim amicicia inter bonos tantum oriri solet, inter meliores proficere, inter optimos consummari.

Vera amicitia inter bonos tantum oriri solet inter meliores proficere. inter optimos consummari.

Ibidem (Petrus Blesensis in libello de amicicia).

*Flores paradisi b* (BnF MS lat. 15982, fol.175vb, ll.25-29).

Demum amicitia est diuitibus pro gloria, pro censu pauperibus, exulibus pro patria, imbecillibus pro uirtute, pro medicina aegrotis, mortuis pro uita.

Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 3 (M.-M. Davy ed., pp.118-120).

Est autem amicitiae suauissimus fomes sinceritas affectionum, mutua obsequia, rerum honestarum crebra collatio, parilitas uoluntatum, iugis et in inuiolabilis fides.

Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 7 (M.-M. Davy ed., p.136).

Porro beatus Augustinus quasdam hic tenerae dilectionis proprietates insinuat cui boni et mali plerumque communicant; nam illa, de qua loquimur, amicitia inter bonos tantum oriri solet, inter meliores proficere, inter optimos consummari.

Petrus Blesensis, *Tractatus de amicitia Christiana*, 8 (M.-M. Davy ed., p.142).

→ Inter bonos oriri potest, inter meliores proficere, consummari autem inter perfectos.

Aelredus Rieuallensis, *De spiritali amicitia*, 2.38 (CCCM 1, A. Hoste ed., p.309, ll.252-253).